



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Flores Directorii Inqvisorvm**

**Bariola, Luigi**

**Mediolani, 1625**

Io. Bapt. Piccalea, Bibliopola, Lectori beneuolo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11434**



## IO. BAPT. PICCALEA,

Bibliopola, Lectori beneuolo.

**H**Xpletis Commentariorum Floribus, non euasit illius magnitudinis Libellus uti opinabar: propterea, cæpi rogare M. R. P. Barriolam, ut pro folijs complendis præberet aliqua Floribus ipsis connectenda: intellexeram enim à fide digno viro, Patrem, uti Pœnitentiarium, pro foro conscientie aliquando consuluisse, atque Consiliorum exemplaria aliquot penes se habere. Renuit quantum potuit, excusationibus propositis, nimirum, quod nec numero plura, nec multum elaborata, nec prælo digna haberet in promptu. Tandem, & meis, & amicorum precibus victus, quæ tibi proponuntur, (minima quidem, & leuia, ut illius utar verbis) non sine animi molestia tradidit: In quibus si quid profuturum repereris, in Deum bonorum omnium largitorem referendum putes; ubi verò nullum ex his commodum senseris, studium hoc meum boni æquique consule, & Vale.

Q 2 CON-